



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

86. An testamentum tempore militis factum, valeat post missionem? Et docetur triplicem esse missionem, honestam, necessariam, & ignominiosam, siue turpem. Ex p. 7. tr. 6. res. 62. alias 61.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

adhibere tenetur; quos testes etiam se subscribere donationis instrumento oportet, *dist. leg. ultim. §. fin. Cod. de codicillis, & leg. ult. Cod. de donat. mortis causa*. At hæc solemnitates de quinque testimoniis adhibitione, & eorum subscriptione militibus donationem mortis causa facientibus planè remissa sunt, cum illis sine vllis solemnitatibus testari liberum sit, vti supra satis superque ostendi.

7. Denique licet inter priuatos iure scripto pactum de futura successione reciprocam non valeat; valet tamen in vim vltima voluntatis intra milites, *l. licet 19. vbi Dd. C. de pact.* Quinimò valet inter milites pactum hoc, licet non sit reciprocum, eò quòd ratio *d. l. licet*, generalis est, omnia pacta æquè comprehendens. Atque ita contra alios docet Hart. Pistoris, *quest. 2. n. 36. lib. 4.* Et hæc omnia docet Bocerus, *vbi supra*.

RESOL. LXXXVI.

An testamentum tempore militia factum valeat post missionem?

Et docetur triplicem esse missionem, honestam, necessariam, & ignominiosam, siue turpem. Ex parte 7. tract. 6. Resol. 62. alias 61.

§. 1. AD hanc questionem Harprechtus *comm. in dist. tom. 2. §. sed hætenus, num. 3. de mil. test.* sic respondet. In hoc §. addit Imperator Testamentum in castris iure militari factum, non tantum valere, si in expeditione bellica miles decedat: sed etiam post missionem subsistere, & durare, non tamen diutius annos, *l. scieram 17. §. vlt. l. quod constitutum 21. l. testamenta 26. & l. quod dicitur 38. Dig. de test. mil.* Huculque ratio est: quia duo tempora sunt inspicienda, quibus habilis testator vt sit, necesse est: conditio scilicet testamenti, & mortis, per notata in §. non tamen 6. *infr. quib. mod. test. infr.* Quocirca qui post annum à missione decesserit, vt primo tempore habilis censetur: propter posterius quo mortuus est, testatus decessisse non dicitur, vt docet hic Henricus Schilboeck. Missio autem honesta hæc seu causaria intelligitur. Est enim triplex missio; honesta, causaria, & ignominiosa, siue turpis *l. 2. §. ignominia 2. ff. de bis, qui norant. infam. l. milit. 13. §. missionum 3. ff. de ve militi.* Honestam (quam & iustam vulgò vocant, Vultei in §. 2. *sup. hoc tit. num. 1.*) missio est, quæ emeritis stipendiis, legitimoque militiæ tempore expleto, datur, iuribus modò allegatis. Tempus militiæ compleuisse dicitur, qui viginti continuos annos militauit *l. sed & milites 8. §. quandoque 2. ff. de excusat. tutor. l. veteranis 1. & ibi Cuiacius l. od. de bis, qui non impletis stipend. sacramento soluti sunt*. Causariæ missio est, cum milites, nondum quidem tempore militiæ impleto, causa tamen aliqua legitima suadente, puta ob ætatem prouectam, aut valitudinem aduersam animi, vel corporis sacramento militiæ soluuntur, domumque dimituntur, *d. l. 2. §. 2. ff. de bis, qui norant. infam. d. l. milites 13. §. 3. ff. de ve militari.* Ignominiosa denique missio est 3. cum milites ob aliquod delictum sacramento militiæ soluuntur, & dimituntur, dictis legib. D. Bocerus *lib. 1. de bello, c. 18. n. 16. Borch. hic num. 4.* Horum itaque Testamenta, qui ignominiosæ causæ missi sunt, statim iure militari valere desinunt, inquit Macer *l. C. in d. l. testamenta 26. ff. de testament. milit.* Ignominiosi etenim non præmium, sed supplicij merentur, *dist. l. 26. in fin. ff. eod. Viglius hic n. 5.* Atque de his militum missionibus accuratius, & fustius tractat Claudius Coteraus, *lib. 1. de iure, & Privileg. milit. cap. 27.* Huculque Harprechtus, cui etiam adde Enekelium de *Privileg. Militum, lib. 2. Privileg. 16. num. 203.* Reufnerum *tract. de testament. part. 5. c. 6. num. 17. & 18.* Hannium in *Encyclopædia Iuris part. 3.*

titul. 5. cap. 1. num. 16. Bocerus tr. de Bello, lib. 1. c. 24. n. 9. Molinarius de Iust. tom. 1. tr. 2. dispur. 129. Eminentissimum Lugo, etiam de Iust. tom. 2. disp. 14. sect. 1. n. 12. Machado, de Perfecto Confess. tom. 1. lib. 3. part. 6. rr. 1. docum. 5. n. 7. Villalobos in summa 10. 2. tr. 30. diffie. 3. num. 11. Bonacina de contr. dispur. 3. q. 17. punct. 1. n. 12. & Molfesum in summa tom. 2. tr. 13. c. 2. n. 58.

RESOL. LXXXVII.

An in testamento Militis in quo filij præteruntur, debeat causa præteritionis exprimi? Ex parte 7. tract. 6. Resol. 63. alias 62.

§. 1. A Gens de hac Questione Hunnius in *Encyclopædia Iuris part. 4. tit. 5. cap. 3. num. 8.* sic asserit: miles sciens se habere liberos, si eos in Testamento præterit vel exheredat, sustinetur testamentum ita vt præteritio ipsius pro iusta exheredatione habeatur, *l. 9. & seq. Cod. de testam. militi.* Bocerus *tract. de Bello, lib. 1. cap. 21. num. 6.* Ioann. Dauth. *tract. de test. rubr. de Iust. hered. n. 353.* Contrarium tamen quòd testamentum militis, in quo liberi ignoranter ab ipso sunt præteriti, non valeat, sed nullum sit, asserit Dauth. *tract. de test. rubr. Inst. hered. num. 358.* Carterum hodie in Testamento militis, in quo liberi præteruntur, causa præteritionis exprimenda est, alioquin ea prætermissa corrumpit Testamentum. Huculque Hunnius.

2. Sed his non obstantibus non desera hic apponere verba Gregorij Enengelij de *Privil. Militum l. 2. Privileg. 16. num. 80.* vbi sic ait. Hoc præterea notandum, communem esse hodie opinionem secundum Iasonem in *dist. leg. si cum vel, cum lege præterenti.* Decium in eadem lege, num. 5. Ripam in *l. centurio, num. 43. ff. de vulgar. Alexan. in authent. ex causis, colom. 4. Cde liberis præteritis.* Glos. & Azonem in *l. 10. C. hoc tit. Angelum, & Gloss. in Inst. hoc tit. in princip. in verbis, siue tamen communi, Iulium Clarum, lib. 5. Senenriar. §. testament. quast. 42. n. 3. Didacum Cotarum in *l. 11. de Testamentis, cap. 9. tom. 1.* &c. Nisi cum causæ adiectione, nec in militis Testamento præteritionem pro exheredatione haberi. Quòd mihi tamen, cum leges hætenus allegatas, quibus præsens Ius militibus tribuitur, diligentius inspicio, non omnino persuaudent, quæ enim causa in posthumo in eo, qui adhuc in vtero, imò nondum in vtero est, *d. l. qui inter, 7.* inueniri vel exprimi potest? Horum tamen omnium præteritio pro exheredatione habeatur: vt d. leges, clarissimè docent: Quid igitur in disquisitionem vocetur, sciuerit se liberos habere testatus, an minus, si vtrique causa exprimenda est; Quomodo enim vtrquam causam adiciet, qui, an liberos habeat, ignorat? sic igitur leges accipere debemus, vt nihil superflui, elusorij contineant. Quin verò ad Ius commune hoc totum redigeretur. Si enim, vt paganus, sic miles, causam exprimere vtrique debet, sequitur, nec militem quidem præterite liberos posse. Eius enim, qui causam non adiciit, militis præteritionem nullam esse volunt. Qui verò causam addit, non video, quomodo hoc facere possit, vt non liberorum quoque mentionem facit. At liberos, quos exheredes velimus exprimere, & causam reddere, non præterire, sed exheredare est. Simile est, quòd cum militis filij familias de castrensi peculio factum Testamentum querele inofficiosi subiicere negant, *lib. 9. & leg. vlt. Codice de inofficio Testamento, l. Papinianus, §. si quis in militia, si instituta, 27. §. de inofficio §. ff. eodem.* Contrarium tamen asserit Gloss. in *d. l. vlt. in verbo, test. & in l. Papinianus, §. Papinianus, arg. aub. vt cum de appl.**